



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LXXIII. Form eines Vertrages zwischen dem Erzbischofe von Magdeburg
und dem Bischofe von Halberstadt über die Grafschaft Seehausen und
mehrere Schlösser, über die Zurückzahlung des Kaufgeldes an die ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

LXXII. Alexander (von Soltwedel), Bürger und Rathsherr zu Lübeck, wiederholt vor dem Domcapitel, den Dominicanern und den Franciscanern zu Lübeck unter Berufung auf päpstliche Entscheidung die mündlich von dem Rathe ausgesprochene Protestation gegen die der Freiheit und den Privilegien der Stadt seitens der Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg drohenden Eingriffe, am 17. Mai 1257.

Ego Alexander, Consul et civis Lubicensis, appellationem coram vobis, dominis meis, preposite, decane Lubicensis, vestroque capitulo nec non aliis viris religiosis, nuper, in die videlicet sanctorum Gordiani et Epimachi, a consulibus Lubicensibus pro se ac tota sue civitatis universitate super iniuria, quam sibi sueque libertati ac privilegiis preteritu iniqui grauaminis ex parte illustrium virorum, Johannis et Ottonis, Marchionum Brandenburgensium, sentiunt imminere, viva voce factam, denuo in die Ascensionis domini proximo in scriptis renouo atque coram vobis virisque religiosis fratribus videlicet predicatoribus et minoribus, pro consulibus ac tota universitate civitatis Lubicensis super omni grauamine, quod in predicta causa memorati illustres domini Johannes et Otto, Marchiones Brandenburgenses, vel per se vel per iudices, si forte obtinuerint, contra nos nostramque libertatem ac privilegia attemptare presumpserint, Apostolicam sedem appello, Anno domini M^o. CC^o. LVII^o. In die Ascensionis domini. In cuius appellationis testimonium presens scriptum sigillo ecclesie vestre fratrumque presencium, tam predicatorum quam minorum, sigillis petimus insigniri.

Aus der Lübecksch. Urkunden-Sammlung I. Nr. CCXXXIV.

LXXIII. Form eines Vertrages zwischen dem Erzbischofe von Magdeburg und dem Bischofe von Halberstadt über die Grafschaft Seehausen und mehrere Schlösser, über die Zurückzahlung des Kaufgeldes an die Markgrafen von Brandenburg und über die Vereinigung beider Geistlichen zu gegenseitigem Beistande, vom 13. Juni 1257.

Ad necessitatem ecclesie Halberstadenfis, Archiepiscopus dabit domino Episcopo halberstadenfi uel absoluet suos fideiussores pro Quatuor milibus marcarum examinati argenti. Insuper dabit capitulo et consilio Quingentas Marcas examinati argenti. Pecuniam uero, quam Marchiones Brandeburgenses domino L. dederunt de Sladem, si eam rehabere uoluerint, dominus Archiepiscopus eam restituet. In predicta uero Comicia prelati, clerici, Ministeriales libertatem, quam hactenus habuerunt, obseruabunt. Nulle eciam municiones in ipsa Comicia de nouo edificabuntur, nisi ut nunc sunt. Dominus Archiepiscopus dimittet domino Halberstadenfi et ecclesie sue Iudicium, quod Golschap uulgariter uocatur, cum omni iure in hiis uillis, quarum nomina sunt hec Oteneue, Bekendorp, magna Hornhusen, Emerigge, Antiquam willam (sic) Oschersleue, Wagerfleue, Andefleue, Brandefleue, Nendorp, Hamerfleue. Si uero do-

minus Archiepiscopus emeret proprietatem Episcopi Merseburgensis in uilla Hammerfleue, tunc dominus Halberstadenſis deberet dimittere predictam uillam ecclesie Magdeburgensi et recipere aliam uillam equiualem in reſtaurum. Item predice uille de iudicio habebunt recurſum ad aduocatum domini Halberſtadenſis et non ad alium. De unione uero eccleſiarum Magdeburgenſis et Halberſtadenſis ſic eſt tractatum. Capitulum Halberſtadenſe eliget Quatuor, et Capitulum Magdeburgenſe eliget Quatuor, qui tractabunt de unione eccleſiarum, qui Octo, ſi concordare non poſſent, eligent mediam perſonam (Abbatem de Sicheſ), qui eos concordabit (et ad quoscumque quatuor idem abbas declinauerit, illi parti ſtandum eſt). Si aliquis deinceps dominum Magdeburgenſem uel Halberſtadenſem impugnare uoluerit, premiſſa monicione ſex ſeptimanarum, quilibet alterum iuuabit manu forti, prout melius poteſt, ſi compositionem amicabilem uel iuſticiam quomodolibet alteri procurare non poterit, (exceptis nobilibus, cum quibus dominus Archiepiſcopus eſt unitus). Caſtrum Clettenberg et redditus e. marcarum impheudatarum in reſtaurum Aluenfleue utriuſque caſtrorum et Hakenſtede. Item in recompensationem tercii caſtri Aluenfleue, quod Marchiones Brandeburgenſes tenent a domino Halberſtadenſi, dominus Magdeburgenſis dabit Caſtrum Arneſberg eccleſie Halberſtadenſi. Acta ſunt hec Quidelingeborg in domo fratrum minorum, preſentibus Hermanno maiore prepoſito Halberſtadenſi, W. Decano, B. vicedomino, domino C. de Dieſholte, domino R. Decano Magdeburgenſi, W. de kerberg vicedomino, domino C. de Sterenberg, (Alberto de Arnſten) prepoſito, Heinrico de Gronenberg, domino Wernero de Gudenberg, (Burchardo de Querenuorde). Nobilibus uiris S. comite de Blankenburg, B. de Querenuorde, V. de Craneevelt, Comite F. de kirberg, Heinrico de Alfleue Dapifero, G. de Wederde, L. de Efbeke, Erenfrido de Geuenſten (ſic), G. de Repekow, A. de Heimburg, Aluerico de Dunſtat, G. de Berwinkele et aliis quam pluribus, Anno domini M. CC. LVII. Idus Junii. Item ne cuiquam hec futuris temporibus ueniant in dubium, preſens forma domini Archiepiſcopi Magdeburgenſis et ſui Capituli, nec non domini Halberſtadenſis episcopi ac ſui Capituli ſigillorum appenſionibus in euidentis teſtimonium eſt munita.

Nach dem Originale des R. Provinzial-Archives zu Magdeburg. Die () eingeschlossenen Stellen sind in den ersten Entwurf hinein corrigirt.

LXXIV. Biſchof Volrad von Halberſtadt verkauft die Graſſchaft Seeauſen und vertauscht einige Schlöſſer zu Alſenleben und zu Hakenſtedt an das Erzbisthum Magdeburg, den 13. Juni 1257.

Volradus, dei gratia Halberſtadenſis eccleſie Episcopus, Omnibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in domino ihesu cristo. Notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuris, quod, cum eccleſia noſtra Halberſtadenſis tanto debitorum onere grauaretur, ut discre-